# THE ADVENTURES OF IO

## GRAMMAR ASSUMED:

*First & Second Conjugations:*
*Future & Imperfect;*
*Adjectives in* **-er**

## WHEELOCK: CHAPTER 5

*A myth that explains the reason behind a natural phenomenon, as the following story does, is called "aetiological."*

Iuppiter, rēx deōrum, pulchram Īō amābat, sed īram Iūnōnis metuēbat. Mūtāvit igitur fōrmam Īōnis: "Iūnō nōn fēminam, sed bovem vidēbit," Iuppiter cōgitābat. Iūnō nōn stulta erat: "Habēsne dōnum, mī vir? Dabisne bellam bovem Iūnōnī? Dā, sī mē amās!" Iuppiter igitur Iūnōnī bovem dedit. Cum bove remanēbat magnus custōs, Argus. Argus centum oculōs habēbat. Mercurius Argum superāvit, sed Īō nōndum lībera erat: malus asīlus cum bove manēbat. Īō errābat per terrās; multōs populōs vidēbat, sed vēram fōrmam suam nōn habēbat. Misera fēmina! Habēbisne semper fōrmam bovis? Nōnne satis est tua poena?

Īra Iūnōnis nōn perpetua erat: Iuppiter Īōnī hūmānam fōrmam dedit; tum Īō fīlium genuit. Centum oculōs Argī vidēbitis in caudā pāvōnis.

1: future tense "will see"   2: Future: "Will you give"
3: "her own"   4: future: "will you have?"
5: bellus, -a, -um = pretty   6 verus, -a, -um = true   7 poena = punishment
8: future "you will see"

# VOCABULARY:

**Iuppiter, Iovis,** m.: Jupiter (3rd declension)
**rēx, rēgis,** m.: king (3rd declension)
**deus, -ī,** m.: god
**Īō, Īōnis, Īōnī, Īō,** f.: Io, a Greek maiden (3rd declension)
**Iūnō, Iūnōnis, Iūnōnī,** f.: Juno, Jupiter's wife (3rd declension)
**metuō, -ere, metuī** (3rd conjugation): to fear
**mūtō (1):** to change; **mūtāvit** = he changed (perfect tense)
**bōs, bovis, bovī, bovem, bove,** f.: cow (3rd declension)
**erat:** she was (imperfect tense of **est**)

**dedit:** he gave (perfect tense of **dat**)
**cum** (preposition + ablative): with
**custōs, -tōdis,** m.: guard, watchman (3rd declension)
**Argus, Argī,** m.: Argus, large monster
**centum** (indeclinable adjective): one hundred
**Mercurius, -iī,** m.: Mercury, the messenger-god
**superāvit:** he conquered, overcame (perfect tense of **superat**)
**nōndum** (adverb): not yet
**asīlus, -ī,** m.: gadfly
**per** (preposition + accusative): through
**terra, -ae,** f.: land, country

**suus, -a, -um:** her own
**miser, misera, miserum:** unfortunate, wretched
**nōnne:** introduces a question expecting ~~a positive~~ an opposite answer
**perpetuus, -a, -um:** perpetual
**gignō, -ere, genuī, genitus** (3rd conjugation): to produce, give birth to; **genuit** = she gave birth to (perfect tense)
**cauda, -ae,** f.: tail
**pāvō, pāvōnis,** m.: peacock (3rd declension)